

fectam maturitatem perduero, totius Hennebergiae  
Onculum, & Theologum ad asciam factum, cunctis que  
illis dotibus, quae Theologum constituerunt, exornant,  
bominumque oculis cum admiratione expenunt, ad  
stuporem usque instructum ac delibutum. Et VVa-  
gnerus, concessionem funebrem dicere vix exorsus, sen-  
tencias tradit numerales, quae Samuelis Linckii an-  
num exhibent emortualem, commemorabiles uti-  
que:

Wisset Ihr Denn uIt/Daß Den Tag ein Groß-  
ser In IsraEL gefaLLEN Ist!

Ach! GeCIDt CapIt Is nostri DILEcta Corona!

### VIII.

#### GABRIEL HARTMANN.

**M** GABRIEL HARTMANN, Meiningae in-  
hanc suscep<sup>tus</sup> est lucem d. 6. Febr. A. 1603.,  
Patre Marco Hartmann, Secretario ibidem Consi-  
fториali, & Aerarii Henneb. Scholastici, nec non Ho-  
spitalis Grimmenthalensis, Administratore, & Ma-  
tre Maria, natalibus Kelleria. Meiningae in Schola  
& Schleusingae in Gymnasio ab A. 1615. ad humani-  
tatem informatus, Ienam hinc mittebatur A. 1624.  
ad Professores Academicos, ibidemque, editis in  
Philosophia & Theologia speciminibus Disputato-  
riis, A. 1626. d. 2. Aug. Magister meruit renunciari.  
A. 1632. d. 25. lun. dicti Gymnasi patrii Con-Rector  
factus est. A. 1641. d. 10. Mart. Rector, Anno vero 1648.  
Pastor Schleus., Superint. & Gymn. Ephorus, in  
Consistorio ELECT. & DVCALI, tunc Meiningae  
communi adhuc, Assessor, habita, d. 11. Mai., Festo  
Ascensionis Domini, concione docimastica. Vitam  
Schleu-